Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Praedicatorum Friburgensium lector - Cod. Ettenheim-Münster 191

Weisser, Philipp

[S.l.], 1628-1929

Dubium vndecimum

urn:nbn:de:bsz:31-117415

Visual Library

Quæres tu quid requiratur ad hoc ut aliqua res possit definiri? /

R. Requiratur præcipuè requiri ut aliqd definiatur definitione stricti metaphysica.

1mo. Ut definitu sit univocum; hinc æquivoca definiri non possunt, nisi illorum significato ad certos terminos restringatur.

2do. Ut definitu sit ens per se, et non per accidens.

3tio. Ut definitu sit universale et non singulare.

4to. Ut Res quæ definitur sit species contenta sub aliquo genere: si n. non sit species non pt per genus definiri. /

Quatuor requiruntur ad bonam definitionem edenda.

Dubium Undecimum
Quid sit Divisio
Et quæ Leges bonæ Divisionis

Ante resolutionem huius dubij posset quæri cur secundo loco agamus de divisione videtur n. definitioni, divisio primum locum obtinere. Sed hæc difficultas est exigui momenti dicimus n. prius est scire essentiam alicuius rei quam illam in suas partes dividere, et consequenter primo loco de definitione et 2o de divisione agendum est. Licet et alter modus

quà

quæ à divisione incipit conveniens sit. Quare in
præsente de divisione agemus explicantes quid
sit et solet divisio cæteris fere definiri.

Definitio Divisionis.

Divisio est Oratio rem per sua membra
seu partes distribuens.
Quod nihil est aliud quam oratio per quam re-
spondemus ad quæstionem quotuplex aliqua res
sit. Sicuti per definitionem respondemus quid res sit.
Sic interrogati quotuplex sit animal,
respondemus per divisionem, aliud rationale aliud
irrationale. Explicatur magis definitio

Genus divisionis.

Genus in hac definitione est Oratio. Quæ per
eam conveniat cum aliis modis disserendi
et ortus aliis gratiis et per eam excluduntur omnes
voces simplices, quæ sicut nec orationes, ita nec
divisiones esse possunt. Reliqua particula

Differentia divisionis.

habent rationem differentiæ per hoc enim quod divisio rem
per suas partes distribuat, differt à definitione
et argumentatione quæ non dividunt res, sed potius
suo modo communiunt.

Divisio duplex.

Divisio sicut et definitio multiplex est.
Alia quidem rei, alia quoad nominis.

Divisio quoad nominis.

Divisio quoad nominis est oratio vocem vel ter-
minum in varias significationes distribuens. Sed
hanc divisionem Grammaticis relinquamus.

Divisio quoad rei.

Divisio quoad rei est Oratio rem per suas partes
distribuens v.g. animatum aliud rationale aliud
irrationale, et divisio quoad rei quæ dividit animal per
partes suas.
Antequam divisionem ulterius dividamus
notandum quod quia divisio ~~[illegible]~~ est alicuius totius

me

modis contingit fieri divisionem, quot modis
contingit aliquid esse totum? Varie a. ali-
qd dr totū. nam aliud ē totū mathematicū.
aliud totum integrale, vel artificiale. Et
haec duo modo dividuntur. ut pto divido
domū in suas partes, ligna, lapides &c: vel
quantitatem in suas partes ē divisio totiy
integralis et mathematici. Aliud vero ē to-
tum esste; et hoc ē duplex. Nam aliud ē totū
esste actuale. Aliud esste potentiale. Divisio

Totum esste duplex.

q divi sit totū actuale vocat actualis q
totū potentiale, potentialis. Divisio ac-
tualis ē oratio rem in suas partes actuales

Divisio esste Actualis.

ex qby actu componitur, distribuens. quae
iterum ē duplex. Alia ē actualis physica,

Divisio actualis duplex.

Alia metaphysica. Divisio actualis physica
ē oratio rem in suas partes actuales phy-
sicas distribuens. ut haec divisio; hominis alia

Divisio actualis physica.

pars ē corpus, alia anima; ē actualis physica.
Divisio vero actualis metaphysica ē oratio
rem in suas partes actuales metaphysicas

Divisio actualis metaphysica

ex qby actu componit, distribuens. ut haec di-
visio hominis alia pars ē animal, alia ratio-
nale ē divisio actualis metaphysica. Qua dividit
hominem p suas partes actuales metaphysicas
ex qby actu componit. Divisio vero po-
tentialis ē oratio rem in suas partes quas

Divisio Potentialis.

in potentia continet distribuens; ut qdo dico
animal aliud rationale, aliud irrationale. Haec
divisio vocat potentialis, qa fit p partes
quas animal tm in potentia continet:
nam si rationale contineret actu in animali
ut totum quoddam ē, aliunq esset ani-
mal ibi et respiretur rationale; q Batum esse
vel

esse vel ad oculum patet. Et idem dictum de irrati. Jam vero ut totum potentiale est multiplex ita et divisio potentialis

1 Nam alia est analogi analogata, ut divisio entis in Deum et creaturas.

2. Alia est generis in species. Ut animalis in hominem
3. et brutum. Alia est generis in differentias, de qua
4 supra. Alia est speciei in individua ut hominis
5. in Petrum et Paulum. Alia est subiecti in acci-
6. dentia, ut equi in album et nigrum. Alia est
accidentis in subiecta, ut dulce, aliud
7. mel, aliud lac. Tandem alia est accidentis
in accidentia, ut dulce, aliud calidum, aliud
frigidum.

Tres istae ultimae divisiones revocantur ad divisionem accidentalem quia est membrum oppositum divisioni essentiali. Illa enim est quae datur per membra quae non essentialiter participant divisum vel rem quae dividitur, ut exempla proposita demonstrant. Ista vero divisio essentialis sc. ut est communis ad actualem et potentialem est oratio dividens aliquam rem per membra quae essentialiter participant rationem rei divisae. Ut animal aliud rationale, aliud irrationale divisio essentialis est.

Circa divisionem essentialem, potentialem, et actualem nota quod inter partes totius potentialis sit distinctio realis, ut inter rationale et irrationale, hominem et equum est distinctio realis quae sunt partes totius potentialis sc. animalis ut in potentia, ut divinus ista continet. Inter partes vero totius actualis essentialis metaphysici est tantum distinctio rationis rationata ut quando divido hominem in suas partes metaphysicas dicendo homo alia pars est animal, alia rationalis. Illae partes tantum differunt per rationem quia uno verbo potest dici in divisione actuali essentiali metaphysica membra distingui tantum ratione in potentiali vero

rea

realiter. Dicimus metaphisicas, nam in divisione
actuali physica, censemus realem inter caetera
distinctionem inter membra dividentia ut inter
materiam et formam; corpus et animam. item de di-
visione totius artefacti, et mathematici ipse,
metaphisicum non claudere in se differentias actu:
vel ut alij dicunt differentias esse extra ipsam
generis non inde inferes divisione totius
potentialis v.g. animalis in suas differentias in
rationale scilicet et irrationale, esse accidentalem. Nam
licet non contineat eas actu, vel differentiae licet
sint actu extra ipsam generis, continet tamen eas
virtualiter et in potentia. Illae vero potentiae et in
hisce sunt intra ipsam generis et ultra hoc
differentiae ipsae participant ratione generis; ratio
n.e. ipsae animal. Quod sentit S. Thoma sufficit
ad divisionem ipsam, ubi et ex ipsa definiti-
one divisionis ipsius facile patet.

Opponis accidit enti quod est totum potentiale Obiectio.
ut sit substantia vel accidens, Deus vel crea-
tura; similiter accidit animali, ut sit rationale
vel irrationale, ergo divisiones huiusmodi erunt ac-
cidentales cum membra dividentia acci-
dant rei divisae.

R. Distinguendo antecedens. accidit enti et anima-
li quod sit substantia, vel accidens rationale vel
irrationale; actualiter et formaliter concedo antecedens.
accidit virtualiter et potentialiter nego antecedens.
Ut a. aliqua divisio sit per se et ipsius, sufficit
si membra dividentia sint virtualiter in-
clusa in diviso, et illi non accidant virtua-
liter, licet actualiter vel formaliter sint extra
eius ipsam.

Ut vero

Ut vero aliqua divisio bona et legitima con-
Tres leges bonae divisionis. seri possit; tres praecipue leges et conditiones a
quibus ceteris requiruntur.
Lex 1a. 1a est. Quod membra dividentia debeant
esse inferiora diviso; hoc est; divisum debet
magis late patere, quam membrum dividens,
vel quod unumquodque membrum minus contineat quam
divisum. Ut haec divisio animal aliud rationale
aliud irrationale, est bona et legitima, quia unumquodque
membrum minus late patet quam divisum; rationale
n. tantum competit homini, animal vero et homini et equo.
Et ratio huius conditionis haec assignari potest; nam
divisum ut dictum est, est totum quoddam, si n. totum
non esset dividi utique non posset; membra
vero dividentia sunt quodammodo partes sui, quaelibet
pars minus continet quam totum, et totum plus quam
partes, ut ex illo axiomate constat. Et totum
est maius sua parte: ergo membra dividentia
seorsim accepta debent minus continere quam
totum divisum. quare haec divisio
animal aliud ~~vivens~~, aliud rationale, vitiosa est quia unum
membrum latius patet quam totum divisum.
Lex 2a. 2a Conditio et lex est, Ut omnia membra dividen-
tia simul sumpta adaequent divisum. vel ut
quidam, exhauriant confusionem divisi. itaque
membra dividentia nec excedant divisum
nec ab illo excedantur. Unde haec divisio
vitiosa est. animal aliud terrestre, aliud
marinum. nam membra dividentia non ex-
hauriunt confusionem divisi, cum detur adhuc
aliud animal volatile scilicet.
Lex 3a. 3a Lex est, ut membra dividentia inter
se mutuo opponantur et unum mutuo alterum
non includat, debent n. talia membra esse
diversa et distincta sive re sive realiter, sal-
tem mutuo: et ratio huius assignatur ista.
Nam

Nam divisio fit in membra dividentia
ad explicandas diversas partes divisi,
sed si una pars non esset ab alia diversa
vel includeretur in alia parte: unum membrum
non explicaret diversam partem: ergo membra
dividentia debent esse inter se opposita.
Solent communiter ab autoribus ad explicandum magis
naturam divisionis bonae ut voluerit assignari [illegible] modi argumenti. — Modi argumenti
primus Modus est ad ~~divisa~~ membra dividentia, a diviso. — i. modus.
Sub distinctione est bona consequentia.
Ut bene valet animal est: ergo rationale, vel irrationale est.

Modus 2. argumenti est a membro dividente in par-
ticulari ad divisum est bona consequentia: ut — 2. modus.
bene valet rationale est: ergo animal est. Et contra vero
a diviso ad membra dividentia in particulari
non est bona consequentia; non enim valet animal
est, ergo rationale est. nam equus est animal, sed non
rationale.
Contra tertiam legem bonae divisionis assigna-
tam obiicies. Haec est bona divisio hominis: — Obiectio contra tertiam legem divis.
alia pars est animal, alia rationale, et tamen animal
quod est membrum dividens, non est inferius diviso
homini: Continet enim sub se leonem, asinum et bovem,
quem non continet homo. ergo ista lex non est recepta
in bona divisione.
R. Quodlibet membrum dividens quatenus est
tale, et qua ratione est dividens debere minus late
patere et minus continere quam totum divisum.
Ut vero aliud membrum dividens sub alia
ratione quam non exercet munus membri divi-
dentis eque late, aut ~~et~~ latius patere quam
ipsum divisum.

[illegible] [illegible] [illegible]

Ad argtum ergo dicitur cum distinctione, animal latius patet in hac divisione, qualiter
quatenus est membrum dividens et exercet munus
membri dividentis, nego mi: sub alia rone
ut est totum quoddam pote latius patet quam
divisum, concedo min: hoc tamen non est contra
dicta.

Dubium Duodecimum

Utrum Definitio vel Divisio debeat esse Iudicium Vel possit saluari in apprehensione tantum

Definitionem vel divisionem et in iudicio et in
apprehensione saluari posse ceteri autores as-
serunt, probantes illud ex ipso Arle. Et imprimis
quod definitio possit saluari in apprehensione tm:
testatur ipse 2o Perihem: c. 4. Ubi ait, ipsam nomis
Definitio saluatur in sa operat. mentis definitionem nisi, vel est vel erit, vel fuit, ad-
datur, non esse oronem, seu enuntiaem: et lib: 2:
posteriorum c. 3. ait In definitione nihil de ali-
quo dicitur. Ex quibus verbis haud obscure colli-
gitur definem posse saluari in apprehensione tm
cum definitio sine ipsum nec sit enuntiatio sine
addito; nec in illa aliquid dicitur; igitur dicta saltem
ad primam mentis operaem, seu apprehensionem
spectat in qua nihil praedicatur nihilque enuntiatur.
Quod vero et definitio possit et esse iudicium
Definitio est iudicium. patet ex eodem Arle 2o Poster: cap: 7. 2o Post: c. 10.
Ubi sic ait. Definem aut esse principium demonstraois
aut conclusionem aut totam ratiocinationem et 2o post:
cap: 3. ait omnem definem esse universalem et affir-
matiuam